



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia Catholica, Hoc Est Christianae Fidei, Qvam Ad
Salvtem Animarvm Aviti Avgvstae Domvs Saxonicae
Principes, Reges, & Imperatores coluerunt, Gloriosa
Confessio**

Cutsemius, Petrus

Coloniae Agrippinae, 1621

De Alberto, Archiepiscopo Bremensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11884

 DE HVGONE, PRIMO EX HAC
 FAMILIA MARCHION. BRANDEB.

PROXIME illi vixit Hugo, Marchio Brä-
 deburgensis, filius Bruniconis (qui ab Ot-
 tone III. primus in Marchionem Brande-
 burg. inuestitus fuit An. 965.) & VVitikindi
 II. ex filio Dietgremo Atnepos. Generalis, si-
 ue supremus fuit dicti Ottonis in Hetruria
 Præfectus, vbi diuersis in locis septem fun-
 dauit monasteria. Otium ita fugit, & detesta-
 tus est, vt ociosos, si potuisset, omnes è mun-
 do pepulisset. Florentiæ vbi imperabat, ijs
 nullum voluit esse locum. Requiescit ibidem
 sepultus An. 1001. in monasterio à se exstru-
 cto, multisque opibus ditato. Heros dignissi-
 mus, cuius pietatem, & virtutes alij æmulen-
 tur. Sed quia calamus ad finem properat, ad
 reliquos progredior.

 DE ALBERTO, ARCHIEPIS-
 COPO BREMENSI.

RURSUS insignis se Ecclesiæ Præsul offert,
 Albertus Archiepiscopus Bremensis,
 qui sedere cæpit An. 1043. Princeps acris in-
 genij, memoriæ insignis, eloquentiæ admi-
 randæ, in pauperes beneficus, Imperatori
 Henrico III. percharus, à quo Frisiæ Comi-

tatu donatus est. Igitur doctrinâ pariter & vitâ excellens Albertus eam, qua præcessit seræ posteritati viam commonstrare poterit ad cælum. Insuper Monasterium Gozense cum suis fratribus extruxit, priuilegiisque donauit: suam vero Bremenîem Ecclesiam ad instar Beneuentanæ, viginti quatuor annorum spacio absoluit. Episcopos ordinauit viginti, quos ad conuertendas gentes Aquilonares emisit. Hamburgum sæcundam matrem gentium appellare solebat. In defuncti ipsius thesauris præter libros, & reliquias Sanctorû nihil inuētum est. Obijt Goslarîæ, 21. Martij An. 1073. sepultus Bremæ.

DE FRIDERICO, EPISCOPO MONASTER.

ACCEDANT huic duo alij eiusdem ferè temporis Episcopi, Fridericus, Dieterici II. Marchionis Landsbergensis, à quo Duces Saxonîæ, Electores, & Principes hodierni familiæ VVitikindeæ recta descēdunt, filius, Episcopus Monasteriēsis, cuius ciuitatis mœnia instaurauit, & ædem S. Mauritij, vbi & sepultus est, condidit:

DE GVNTHERO, EPISCOPO NAUMBVRG.

ET alter Guntherus prædicti Friderici fratrueis, Episcopus Naumburgensis, mor-